UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs & exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium similitudinibus conscripta ...

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

54. A fructu frumenti, vini, olei quomodo hoc de Christo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Visual Library

Siquà malignarum dentur ſubſellia legum,
Non ſedeas, ſed eas, ne pereas per eas.
Hæc quicunquè facit Chriſti ſuccenſus amore,
Dignus erit Triadis figat in arce pedem.

Nota. Sicut diabolus impiorum, ſic Chriſtus, eſt piorum conſilium, cathedra & Via, quâ ad æternam beatitudinem, quæ eſt clara Viſio Sanctiſſimæ Trinitatis, pervenitur. Ex Chryſ. hoc loco.

SYMBOLUM 54.

A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati ſunt pſ. 4.

COpia frumenti tantarum gloria rerum,
Arguit immenſum munificumquè Patrem.
Filius umbratur generoſi voce liquoris,
Qui ſpeciem vini, vimque cruoris habet.
Flamen orontæo Diûum quod manat olivo,
Allicit ad patrias agmina multa domos.

Nota. Chriſtus eſt frumentum Dei, ſiquidem eſt panis vivus, qui de cœlo deſcendit. Eſt vinum Dei: nam inebriabuntur inquit pſalmiſta ab ubertate domus tuæ. Eſt oleum Dei, de quo dictum eſt, impinguaſti in oleo caput meum inquit S. Aug.

SYMBOLUM 55.

Deus juſtus, fortis, & patiens pſal. 7.

(a) DAnte cuiquè ſuum trino quid & æquius uno
Numine? dona bonis, ſuppliciumquè malis.